

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1898**

1237 - 1241

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](#)

propter malitiam sororum ordinis sancti Augustini degentium in eodem esset in spiritualibus et temporalibus graviter deformatum, tibi frater episcope et dilecto filio . . priori fratrum predicatorum ac Hermanno canonico Argentinensibus direxerimus scripta nostra,<sup>1</sup> ut illud in suo, si possetis, alioquin in Cisterciensium vel sancti Augustini scilicet secundum<sup>a</sup> sororum monasterii sancti Sixti de Urbe stude-  
retis ordinibus reformare, sororibus ejus, si que nollent alterum ordinum ipsorum assumere, in locis competentibus collocatis, vos ad reformandum illud in ordine suo jam per quadriennum sollicite noscimini laborasse, sed nullatenus profecistis; immo sorores predice omnes preter sex ab eodem monasterio, quia eas, tu frater epis-  
cope, volebas includere, recesserunt. unde nobis fuit humiliter supplicatum, ut, cum fratres predicatores loco ipso egere noscantur, eo quod domum eorum destrui oportet propter fossata civitatis Argentinensis, que per medium ecclesie ac officinarum ipsorum fratrum dirigenda videntur,<sup>2</sup> concedi eis prefatum monasterium et redditus ejus inter quinque alia cenobia, que de novo constructa sunt juxta muros civitatis ipsius, in quibus fere usque ad trecentas sorores domino famulantur, licet vix centum ex pro-  
ventibus eorum sustentari valeant, distribui recompensatione facta ecclesie Argenti-  
nensi pro juribus sibi ab eodem monasterio debitis faceremus. quia vero nobis non constituit de premissis, discretioni vestre, de qua gerimus in domino fiduciam pleni-  
orem, per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, super hiis auctoritate nostra, quod secundum deum expedire videritis, statuatis, predictis sororibus in aliis locis ordini suo competentibus collocatis, contradictores etc. quod si non omnes tu  
frater etc. datum Laterani 14 kalendas januarii pontificatus nostri anno undecimo.

V aus Reg. Vat. tom. 18 fol. 341<sup>b</sup>.

Darnach Bernoulli Acta pont. Helv. I nr. 189.

52. Domprobst Arnold entscheidet einen Streit zwischen der Gemeinde Hunds-  
feld und dem Kloster St. Arbogast über den Besitz einer Wiese zu Gunsten des  
letztern. 1241 Juli 10 Straßburg.

Arnoldus prepositus Argentinensis, loco domini episcopi presidens judiciis, notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, quod, cum coram nobis questio et lis verteretur inter Rudolfum preconem et procuratorem universitatis Hunsevelt ex una parte et prepositum et conventum sancti Arbogasti ex altera super eo, quod idem procurator pro rusticis predictis dicebat et asserebat, per prepositum et conventum dicti monasterii ipsos fuisse spoliatos cuiusdam prati possessione in banno dicte ville

a) Zu ergänzen etwa modum.

<sup>1</sup> S. UB I, 177 nr. 227.

<sup>2</sup> Hier scheint eine sichre Datirung für die dritte Städterweiterung gegeben, welche die Gegend rechts der Breusch umfasste, vergl. Silbermann, Localgeschichte d. Stadt Straßburg S. 62 ff. Specklin setzt in seinen Collectaneen diese Befestigung der Stadt in das Jahr 1228, vergl. Bulletin d. l. Société p. l. conserv. d. monum. histor. d'Alsace XIII, 246.